

cadunt, vt quadoque practucaui.

Adest etiam quædam Congregatio super reformatione Tribunalium, vt omnino Põrifices facere cõsueuerunt; Ac præsertim, vltra antiquiores, Constitutiones Alexãdri VI., & liorũ, habemus recẽtiores, Pij IV., & Pauli V; cũ quibus Tribunalia reguntur; Sed quamuis plurimum antenorum spatio de hac reformatione actũ sit, & agatur, nihil tamen huc vsque conclusum est.



De Congregationibus Baronum, & Montium, ac etiam Computorum.

S V M M A R I V M

- 1 **C**ongregationes montium, & Baronum sunt diuersæ, sed tractantur vnite.
- 2 Ex quibus constituantur.
- 3 An Auditor Thesaurarij habeat votum.
- 4 De Congregatione Baronum, & qualis sit eius munus, & de quibus cognoscat, & vbi tractetur de eius materia.
- 5 De Congregatione montium, & de quibus cognoscat, & vbi tractetur de eius materia.
- 6 De eisdem disputationibus Congregationis Baronum.
- 7 Qua die teneantur.
- 8 De Congregatione computorum.
- 9 Ad quem ab istis Congregationibus appellatur.

DISC. XXVIII.



Congregatio Baronum, & Montium; Quamuis omnino diuersa sint, diuerso tempore instituta, diuersaque agant negotia; Attamen, ad instar cardinalitiarum Congregationum, Episcoporum, & Regularium, pro vnica vulgò haberi videntur, eo quia ex eisdem personis constituta sunt, eademque die, ac in eodem loco habentur, atque vtriusque materiae negotia audiuntur, & deciduntur.

Constituuntur etenim, ex Thesaurario generali, qui est vtriusque caput, seu Præfectus, & in cuius domo sunt, necnon ex aliquo numero vario (pro Papæ arbitrio) Clericorum Camera, & ex Advocato fisci, ac etiam ex Commissario Camera, & ex Auditore Thesaurarij, de quo sub Iudice lis est, an habeat votum decisivum vel consultivum tantum; Curialibus peritis in diuersas abeuntibus sententias, super retroacti temporis praxi; Recens autem, & actualis præferre potius videtur, vt habeat quoque votum decisivum, quod cum alijs numerandum sit, pro resolutione capienda.

Cum autem de Congregatione Baronum, erecta pro executione, & obseruatione Constitutionis Clementis VIII. contra Barones, vt ad propria vel eorum maiorum debita dissoluenda cogantur, fideicommissis, & inuestituris, alijsque iuribus proprijs non obstantibus, & que Constitutio, vulgò Bulla Baronum, appellatur, particulariter ac plene actum sit sub materia feudali; Idcirco ibi de eius Instituto, & praxi, ac de quæstionibus cadentibus super eiusdem Bullæ interpretatione, facile est videre, ne adeo longa superflua repetitio fiat eorum, quæ iam dicta sunt, ac promptè in dicta sede habentur. A

Quoverò ad alteram Congregationem montium, pro ipsorum reductione, ac natura, & priuilegijs pro libertate, seu commercio, pariter actum habetur in sede Regalium, quoniam cum sint iura cum Principe, inter Regalia merito recensentur.

consentur B; Verùm quia eorum rector seu curator est Thesaurarius generalis, sine cuius licentia, in iudiciali, vel conventionali commercio, ac distractione vel translatione de persona ad personam, non sunt; Idcirco super eorum translatione vel pertinentia, aut super creditorum concursu, & prælatione, siue super vincolorum deletione, vel respectivè appositione, frequentes in Curia audiuntur forensens controuersia, quæ in forma iudiciali, per ipsum Thesaurarium, vel eius Auditorem, examinantur, ac decidentur; Verùm aliquando, ubi agatur de casibus valde dubijs seu exemplaribus, ipse Thesaurarius exquirere solet votum Cōgregationis, in qua proinde, cum Advocatis, & Procuratoribus, puncti in quæstione cadentes disputantur in forma contentiosi Tribunalis; Atque in istis congregationibus, habetur idem vsus contradictoriorum, qui habetur in Tribunali Auditoris Camerae, & in quibusdam alijs inferioribus Tribunalibus, vel coram Iudicibus particularibus, seu commissarijs, non autem in Sacris Congregationibus, vel in primarijs collegiatis Tribunalibus, vtriusque Signaturæ, ac Rotæ, & Camerae.

6 Frequentiores autem disputationes cadunt super negotijs pertinentibus ad dictam Bullam Baronum; Tam occasione plurium quæstionum, quæ contingunt super eius interpretatione, vt supra; Quæ etiam super auocationibus pecuniarum, quæ creditoribus primò venientibus, ex pretio castrorum, & bonorum Baronum ab eadem Congregatione solutæ sunt, cum solita cautione de restituendo prioribus, & potioribus; Ideoque ista Congregatio, quamuis more aliarum cardinalitiarum, summarie, simpliciter, & de facto, more Principis potius quàm Iudicis procedat, absque necessitate seruandæ telam seu ordinem iudicarium, cui Iudices subiacent C; Attamen speciem Tribunalis contentiosi, & iudicialis præferre videtur cū proprium ac particularem habeat Notarium, ac sententias proferat seu causas in forma iudiciali disputet, vt latius in dicta sua peculiari sede.

7 Non habet autem dies certam ac determinatam, sed arbitrio Thesaurarij pro negotiorum urgentia onuocari solet; Pro ordinaria verò seu sequentiori præxi habetur in die martis.

8 Coram eodem Thesaurario, & in eius domo alia, pro negotiorum contingencia, haberi solet similitudinaria Congregatio, pariter constituta ex aliquibus Camera Clericis, & ex præatis, Aduocato & Commissario Camerae, necnon ex duobus eiusdem Camerae ratiocinatoribus qui vulgò computistæ nuncupantur; Non tamen in ea interuenit præfatus Thesaurarij Auditor; Atque ad instar præfatarum aliarum Congregationum montium, & Baronum in forma contentiosa, & contradictoria cum Aduocatis, & Procuratoribus disputantur puncti, seu quæstiones cadentes in reuisione ac solidatione computorum inter ministros camerales, & appaltatores siue administratores dohanarum, & gabellarum, aliorumque iurium, & appaltuum cameralium, super aliquibus partitis dati vel acceptis; Frequentius verò super defalchis vel remissionibus, aut refectionibus, quæ pro appaltatorum stylo præendi solent; Siue super rationibus, quas reddunt Nuntij, & Collectores Apostolici, ac etiam ipse Thesaurarius generalis siue depositarius generalis Camerae, iuxta plures quæstiones, quæ habentur in regalium vel iurisdictionalium sedibus. D

Ab huius verò Cōgregationis cōputorū resolutionibus appellationes interponuntur ad Cameraam, tanquam à sententijs vel decretis Thesaurarij Iudicis primæ instantiæ, adeo vt ad instar enunciatae Congregationis Montium, Congregatio, personam assessoris vel Consultoris Thesaurarij illa gerere videatur; Hęc autē appellatio non datur à resolutionibus Congregationis Baronum, aduersus quas, alter non superest recursus, nisi ad Signaturam Papæ, seu Gratia.

De

D. sub tit. de Regal. & tit. de iuris. pluries.

B. tit. de Regal. disc. 23. & seqq.

C. eod. tit. de feud. disc. 95.